

sumendam: sed solum adinuendam.

Trocischi de terra sigillata Mesuæ recipiunt sanguinis draconis, gummi Arabic i asfi, \* ramich, rofarum, seminis rofarum, amyli asfi, spodij, acacia, hypocisthidos, balaustij, boli armenie, terre sigillata, id est sigilli Lemnij, corallij, unionum, succini, tragacanti, papaueris nigri ana drach. tres, & semissem, sem. portulacæ asfi, cornu cerui usti, thuris, nucum cypresi, ana drach. duas, cum aqua arnoglosi fac trocischos.

Trocischi de succino Mesuæ recipiunt succini aureos sex, cornu cerui usti, gummi Arabici asfi, corallij usti, tragacanthæ, acaciæ, hypocisthidos, balaustij, mastiches, cencami loti, papaueris nigri asfi ana aureos duos, thuris, croci, opij ana aureum unum & semissem, fac trocischos cum muccagine seminis psyllij.

\* in troc.  
Mes.

Diale-  
tra seu di  
acarabe.

SECTIO OCTAVA DE  
pulueribus.

**P**ULVERES initio antidotorum non nihil attigimus, ubi horum pulueres pyxidibus vitreis ferè seruari diximus, & interdum præsertim utendi tempore in electario solida formari. Sæpe etiam initio melle, vel alio excipi, seruari, coqui, ea suo calore nativo, seu (vt cum vulgo dicam) fermentari. De pulueribus aliis si quid es sollicitus:

A 5

ex Mesuæ sectione octaua repete, tantum addam pulueres condimentis destinatos.

Puluis minutarum specierum recipit zingiberis albi lib. vnam, piperis boni vnc. quatuor, nucis moschatae vnc. duas, caryophyllorum, granorum paradisi ana vnc. vnam, cinnamomi electi semunciam fiat puluis.

Puluis albus recipit zingiberis albi & purgati lib. vnam fiat puluis. Puluis eximius finis vulgò dicitur, recipit zingiberis albi semilibram, granorum paradisi vnc. duas, tritis his simul misce croci drach. duas, & acetum paulatim affunde, vt croci colorem induat, diu & multum tunde simul omnia.

Librae vni sacchari misce cinnamomi vnciam vnam, habes puluerem ducis.

### SECTIO NONA

#### de oleis.

**O**LEI genera quatuor demonstrauimus in Mesuæ, quorum primum est oleum ex oliuis maturis, aut immaturis expressum, quod oleum absolutè dicitur, aut cum vulgo oleum commune. Alterum est quod ex seminibus oleaginis exprimitur. Tertium quod vi ignis tollitur aut descendit. Quartum quod oleo constat: sed qui plantarum partes ac animalium sunt  
id